



CAROLVS II.
DEI GRATIA REX
ET D. MARIANNA REGINA
MATER TVTRIX, ET GVBERNATRIX.

DON FRANCISCVS TVTAVILLA, DVX S. GERMA-
ni, Dominus status campanæ de Albala, & Villa de Saucedilla,
Comendator Piñe Osende ordinis S. Iacobi, ex supremis Consilijs belli
Italiae, & Collateralis Regni Neapolis, in presenti Regno Sardinie Vi-
ce Rex, & Capitaneus Generalis, ac procedens in presenti causa uti dele-
gatus sue Catholicae Maiestatis, cū voto Nobilis, & Mag. D. Ioannis
de Herrera Militis Hispani, & in Regno Neapolitano Regij Consiliarij
Consilij Sanctæ Clarae.

CVNCTIS pateat, atque notum sit, qualiter, commisso, hora pri-
ma circiter post medietatem noctis, diei vigesimi mensis Iunij
Anni proximè præteriti 1668. intus hanc Ciuitatem Calaris,
crudeli homicidio, in personam Illustris Marchionis Laconi Don Au-
gustini de Castelui, per aliquodam particulares, de ordine, & mandato
Domnæ Franciscæ çatrillas Marchionissæ Laconi, & Sietefuentes eius
uxoris, & Don Siluestri Aymerich, ex turpissima causa, vt ex informa-
tione satis constat, & vt, respectu ipsorum, delictum perpetratū occul-
tum remansisset, publicare fecerunt fuisse patratum, de ordine Illustris
Marchionissæ de Camarassa, cum scientia Illustris Marchionis Cama-
rassæ eius viri, tunc in hoc Regno Proregis, ex causa oppositionis fac-
tæ, per dictum Illustrem Marchionem de Laconi proponentem condi-
tiones impracticabiles, & admodum animosas, pro concessione donati-
ui propositi per dictum Illustrem Marchionem Camarassæ Proregem,
nomine, & in beneficiū suæ Catholicae Maiestatis; qua de causa coac-
tus fuit

2
fuit dictus Illustris Prorex (ægre tulendo dictas propositiones) parlamentum generale vulgo Cortes, dissoluere; qua de re Don Iacobus Artal de Castelui Marchio de Cea, Don Antonius Brondo, qui vocare se facit Marchio Ville Cidro, cum eodem met Don Siluestro Aymerich, Don Francisco Cao iuniore, Don Francisco Portugues, & Don Gauino Grixoni (non animaduertentes obsequia, & reuerentiam, quæ dicto Illustri Marchioni de Camarassa in hoc Regno Regias vices gerenti debebantur, & quod in crimen lese Maiestatis incidere) temere, ac dolose infidias contra dictum Illustrum Marchionem Camarassæ Proregem, parare ausi fuerunt, & tractatum ac colloquium habere eundem occidere, & occidi facere, & pro dictæ prauæ deliberationis executione, nonnullos homines armatos in aliquibus partibus huius prædictæ Ciuitatis insidiosos posuerunt, & dum in die vigesima prima mensis Iulij eiusdem Anni 1668 prænarratus Illustris Marchio Camarassæ Prorex intus quadrigam associatus ab Illustri eius vxore, & filijs ab Ecclesia Diuæ Mariæ Carmelli reuertebatur, peruentus prope Domum Antiochi Brondo, ab ea à dictis Don Antonio Brondo, Don Siluestro Aymerich, Don Francisco Cao, Don Francisco Portugues, Don Gauino Grixoni, & alijs eorum commitijs, nonnullos scloporum ictus contra dictum Illustrum Marchionem emitti fuerunt, ex quibus statim vitam cum morte comutauit, & volentes aliqui famuli dicti Illustris Proregis ianuam dictæ Ciuitatis Calaris claudere carcerandi causa dictos occisores à Domo residentia dictorum Marchionis de Cea, & Don Antonij Brondo in qua illico ipse met Don Antonius, Don Franciscus Cao, & Don Franciscus Portugues se receperant, contra eos aliquos scloporum ictus emisit, quorum causa, vnus ex dictis famulis nomine Don Eufrasius de los Rios, & Mancipium Magnifici Petri Antonij Peis nomine Grifel, in cruribus vulnerati remanserunt, eodemque sero in Conuentu Diui Francisci de Estampache se refugiauerunt, illuc permanentes per multos dies cum commitijs complurimorum armatorum; capi faciendo post modum informationem contra dictos Illustris, Marchionissam, & Marchionem Camarassæ examinari que faciendo per vim nonnullos testes falsos, vt constaret homicidium in personam dicti Illustris Marchionis de Laconi patratum fuisse de eorum ordine, & scientia, qua informatione capta Sassarim, & conuicinos locos se receperunt. De quo atrocissimo delic-

3

delicto capta informatione fuit per Magnificum I. V. D. Don Stephanum Aleman Fiscum patronum presentis causae contra dictos Don Iacobum Artal de Castellui Marchionem de Cea, Don Antonium Bron-
do, Don Siluestrem Aymerich, Don Franciscum Portugues, Don Franciscum Cao, & Don Gauinum Grixoni in statum debitas expedi-
di citationes ad comparendum coram Nobis, & condemnari ad poe-
nas in talibus criminibus a iure statutis, & cum fuissent virtute dictae
instantiae, expeditae citationes praedictae fuerunt eisdem notificatae sub
diebus vigesimi quarti, & vigesimi septimi mensis Maij proximè præ-
teriti huius Anni 1669. Et ex quo in termino eis praefixo compare-
re minimè curauerunt, inculatae fuerunt contra eos debita contumacia.

Vnde visis videndis, & consideratis considerandis.

NOS qui supra Don Franciscus Tutta villa, Dux Sancti Germani,
Prorex, & Capitaneus Generalis huius Regni, ac Delegatus per suam
Catholicam Maiestatem in presenti causa cum voto dicti Nobilis, &
Magnifici Regij Consiliarij Don Ioannis de Herrera Consultoris, di-
cimus, decernimus, pronunciamus, & declaramus praefatos Don Ia-
cobum Artal de Castellui Marchionem de Cea, Don Antonium Bron-
do, Don Siluestrem Aymerich, Don Franciscum Portugues, & Don
Gauinum Grixoni incidisse pro causa supra dicta in crimen laesae Ma-
iestatis in primo capite, & pro inde tanquam hostes publici, ab
omnibus impunè offendi, & occidi posse, eorum que occisores, non
culpam, neque poenam, sed praemia, & gratiam Regiam conse-
quantur; Domos dictorum Don Iacobi Artal de Castellui, Don Anto-
nij Brondo, Don Siluestri Aymerich, Don Francisci Portugues, Don
Francisci Cao, Don Gauini Grixoni, & praesertim Antiochi Brondo
(ex qua delictum praedictum commissum fuit) esse demoliendas, ut
hiant eorum habitationes desertae, & inhabitabiles ac perpetuae notam
infamiae, perpetua ruina testetur, nullo que tempore reparentur, aratroq;
in eas inducto, sale deinde aspergantur, & Epithafia ad futuram rei
memoriam eisdem imponenda, etiam pro executione ordinis suae Ca-
tholicae Maiestatis, ipsorum que Don Iacobi Artal de Castellui, Don
Antonij Brondo, Don Siluestri Aymerich, Don Francisci Portugues,
Don Francisci Cao, & Don Gauini Grixoni, bona mobilia, & stabilia,
feudalia, & burgensatica, iura quaecumque, & actiones a dicto die pa-
trati criminis fuisse, & esse legitime acquisita, incorporata, & deuoluta
in be-

4
in beneficium Regiæ Curia, & Fisci Catholicæ Maiestatis. Taliter, per
hanc nostram definitivam sententiam in scriptis, proferimus, declara-
mus, pronuntiamus, atque definitivè sententiamus.

El Duque de San German.

Vt. Don Ioannes de Herrera,
Regius Consiliarius, & Consultor.

Gregorius Ferrarius Secret.
Lecta, lata, & publicata fuit retro scripta sententia pronuntiatæ, contra
retro scriptos Don Jacobum Arsal de Castelus Marchionem de Cea, Don An-
tonium Brondo, Don Siluestrem Aymerich, Don Franciscum Portugues,
Don Franciscum Cao, & Don Gavinum Grixoni, in Sala Regij Palatij
huius Civitatis, coram Excellentiss. Domino Prorege, Duce Sancti Germani,
cum assistentia Nobilis, & Mag. Regij Consiliarij Don Ioannis de Her-
rera consultoris, & Magnifici Doctoris Don Stephani Aleman Fisci pa-
troni, pro Tribunali sedentibus, per me subscriptum actorum Magistrum
in capite, per suam Catholicam Maiestatem, in magna Curia Vicaria, in
Criminalibus Regni Neapolis, & Secretarium presentis Cause, presentibus
Magnificis Don Francisco Rogger, Don Antonio Ceruillon, Petro Anto-
nio Peis, Don Antonio de Pedraza, & nonnullis alijs Equitibus, & parti-
cularibus huius prædictæ Civitatis, in numero magno. Die decima octava
Iunij 1669. Calari.

Gregorius Ferrarius Secret.